

mem, ver item atque autumnum, mortales gratò agnoscere tenentur pectore, imprimis v. tempus gratiæ, sicut quamvis anni partem, decenter collocare: Rom. XII, II. Ephes. V, 16. Cohel. IV, 5.

USUS E VERSU XVIII.

- (1) De DEi recordatione, v. 4.
- (2) Coram Deo in precibus non urgenda est gloria propria, sed solum divina: item ipsius ignominia.
- (3) Blasphemia ingens crimen contra II. præcept. vide v. 10.
- (4) Stulti sunt, quotquot de Deo contentim sentiunt aut loquuntur, etiamsi coram mundo sagacissimi existant Philosophi Politicive.

USUS E VERSU XIX.

(1) Ecclesia Columba Turturive assimilatur à Spiritu Sancto, ob simplicitatem, debilitatem, fidem erga comparem, &c. conf. Hülfem. pentag. p. 346. item Botsac. prompt. alleg. p. 117. 429.

(2) Hostes ecclesiæ rapaces imitantur feras atque volucres, debiliū sanguinem aut facultates appetendo, rapiendo, libidibus propriis indulgendo, neminem formidando, quævis corrupendo, &c.

(3) Contra horum injurias implorandum DEi auxiliū: ne des &c.

(4) Miserorum oblivisci nequit DEus.

USUS E VERSU XX.

(1) Ad fœdus div. qui provocat, fœderi etiam conformiter vivat, vid. Bapt. item Jerem. XXXI, 31. 1. Petr. III, 21.

(2) Terra devastata caligine videtur oppleta, vio-

lentix signa ubivis post expilationes, incendia, hominum defectum, &c.

(3) Terræ vastitas non rarò obtingere solet his, qui alios vastarunt, Jef. XXXIII, 1. Confer supra v. 3.

USUS E VERSU XXI.

(1) Spes non confundit: Rom. V, 5. In spem ergò pergendum contra spem, cap. IV, 18. Et ne confusi coram mundo rideamur, orandum constanter.

(2) Intercedendum etiam pro aliis, ita ut debiliū habeatur ratio, ne illi spe excidentes erubescere cogantur.

(3) Miserorum est, etiam in mediis laudare DEum miseris. v. II, præc.

USUS E VERSU XXII.

(1) Surgit DEus, postquam surreximus è peccato vetero prius ipsimet, Ephes. V, 14.

(2) Causa ecclesiæ est causa DEi: (litem tuam.) Huic Patrono atque Judici committimus meritò nos totos. Tacet aliquandiu: sed loquetur post eò fortius.

(3) De ignominia DEi dictum v. 10.

(4) De Stultis v. 18.

USUS E VERSU XXIII.

(1) Vox hostium DEI est fastuosa, minax, thraonica, blasphema, &c. Cave, ne simile quid in tuis deprehendatur sermonibus.

(2) Tumultuantur obstrepuntque mundani multipliciter, sacra contemnim tractando, miseris suspiria exprimendo, &c.

(3) Malitia capit plerumque indes incrementa; ascendit jugiter &c. De peccatis in cœlum clamantibus in L. de peccato.

PSALMI LXXV. DISPOSITIO.

Justus Judex. Impii feces bibent.

Est hîc I. Solennis divini nominis celebratio: confitemur, Tibi, DEus: propinquum tuum nomen, mirabilia tua recensentur; vers. 2.

II. Pollicitatio: (1) judicii justi: v. 3. (2) conservationis columnarum terræ, nutantis unâ cum suis incolis: v. 4. (3) correctionis necessariæ: (a) erga gloriabundos impiosque: v. 5. (b) modus: dixi: (c) monita: ne gloriemini, ne cor-

nu efferatis, v. 5. 6. ne loquamini collò durò & intractabili v. 6. ac si nultum ab oriente, occidente vel meridie subsidium vel elevatio obvenire queat pressis atque profugatis; v. 7. (d) monitorum ratio: DEus est judex, humilians, exaltans; v. 8. calicem propinans, v. 9. (4) laudis divinæ: semper annunciabo: psallam: v. 10. (5) depressionis impiorum, v. 11. (6) promotio-

PSALMUS LXXV.

EXPLICATIO VERSUS I.

Ne perdas:) ultimus hic est psalorum, inscriptione hac notatorum, post LVII. scilicet, LVIII. & LIX. ubi ejus jam facta mentio. vide Psalm. LVII. ubi meminimus, summam sic denotari vel argumentum psalmi, quod est, pernicii deprecatorium.

psalmus Asaphi:) h. e. Asapho ejusdemque familiæ vel à Davide ad cantandum traditus, vel ab Asapho ipsò ita ad jussum aut dictamen Davidis concinnatus. Conjunctim hocce מִזְמֹרֶת & פֶּיִר leguntur etiam alibi, ut Psalm. XXX, 1. XLVIII, 1. LXVI, 1. LXVII, 1. LXVIII, 1. LXXXIII, &c. quod solius elegantix causâ factum, in tam concisâ inscriptione, vix videtur probabile; quanquam accuratè discrimen inter duas illas dictiones, nondum solidè à quoquam sit ostensum. vide annot. ad Ps. XLVIII, 1.

item Gatak. cinnum pag. 124. De nexu vocum מִזְמֹרֶת לְפִי quoad accentuationem vide sis Ledebuhr, accent. p. 148.

EXPLICATIO VERSUS II.

celebramus לְךָ te;) h. e. palam in conventibus sacris, ut & in privatis congressibus, omnem liberationis nostræ honorem tribuimus non nostræ prudentiæ aut viribus, sed tuæ Clementiæ, Sapientiæ &c. Psalm. XXXIII, 2. לְהוֹדוּ לַיהוָה celebrate DEum citharâ, &c. Psalm. XXX, 5. confitemini memoriæ sanctitatis ejus. Bis verò hæc eadem repetitur vox per epizeuxin majoris elegantix causâ, ut simul celebrationis fervor, sinceritas, multiplicitas ac constantia subinnuatur. Figuræ ejus exempla fuerunt, Psalm. LXVIII, 13. fugerunt, fugerunt; Psalm. XLVII, 7. psallite, psallite; Psalm. XXIX, 1. date Deo, date, &c.

וְקָרַב